



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloquentia
Sacra Et Hvmana**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1626

Syverbvs. Expressus ex Suetonij Caligula, & cæteris. Descriptio XXXIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

esse bellus, quibus non satis sit, homines pungere: nisi Deorum sanguinem lambant. Hic tamen, qui cæteris, ut nequior, ita ingenior voiebat videri, nonnullum animaleulo condonandum esse censebat; rem audaculam fecisse, ceruicem illam roscam appetijste, quis non appeteret: in uolâsse, non ut pungatur, sed ut oscularetur. Praæclara oratio, sed nulla apud iratos, editum fit in muscas, rotis ædibus exterminatur: creator inauditus ante magistratus, muscarum præfectus, cui ex officio incumbat, rotis muscas expellere. Quid, cum noster hypobolymæus Alexander nuper se laborare fingeret ophthalmia, bonus ille parasitus hallucinabatur ad fercula, Alexandrinum puerum ubi poculum porrigitem non videbat.

Bene actum cum genere humano, sic turpissimum assētator fame, & siti perijstei. Quoties rustantem, aut inquietem Dominum laudauit, quoties ægrorū saluam linxit, quoties febriculosis vomitum frustis esculentis vinum redolentibus, abunde profusum sparsissimo ore exceptit. Paruane ista: parua sunt, si quod iter facient accidit, comitemoremus. Ad regis latuus equitabat comes individus, cum cœlo intenderet se nubes, conseruata repente tonitrua, & coruscationes: cum ille, venerationis, ut videbatur plenus, conuersus ad Regem: & tu (inquit) proh magne Iupiter, sic tonas? Ad summum constans rumor est, cum aream destinâsse, in qua templum ex manubij adulatorijs est consecratus: Domino Deo, & nostro, & si quid amplius voluerit, Iphigeniam habet domi, filiam virginem, & nubilem, cui virtus impositurus est, & ad noui Dei aram intulolaturus.

AMBITIOSVS.

Ex D. Cypriano, epist. 2. l. 1.

Descriptio XXXII.

Quos honorcs putas esse, quos fasces, quam affluentiam in diuitijs? quam potentiam in castris? in magistratu purpureæ speciem? in Princepsatu licentiae potestate? malorum blandientium virüs occultum est, & arridetis nequioræ facies quidem leta, sed calamitatis abstruse illecebrosa fallacia; instrar quoddam veneni, ybi in lethales succos

dulcedine aspersa callidate fallendi, sapore medicato poculum videtur esse, quod sumitur: ubi eportaueris, pernicies hausta graffature quippe illum vides, qui amictu clariore conspicuus fulgere sibi videtur in purpura, quibus hoc sordibus emit, ut fulgeat? quos arrogantium fastus prius pertulit? quas superbas fore matutinus salutator obfedit? quot tunerent contumeliosa vestigia, in chenatum cuneis ante præcessit, ut ipsum etiam salutatum comes postmodum pompa pro ederet, obnoxia non homini, sed potestati? neque enim colli moribus meruit ille, sed fascibus horum denique videoas exitus turpes, cum ancepit temporum palpator abfcessit, cum priuati latuus nudum dexterorū affecta foedauit, tunc lacerata domus plage conscientiam ferunt, tunc rei familiaris exhaustæ damna noscuntur, quibus redemptus favor vulgi, & cadiens, atq; manibus votis, popularis aura questra est.

SVPER BVS.

Expressus ex Suetonij Caligula, & cæteris.

Descriptio XXXIII.

VIdete, si placet hominem moriar, ni totus ex fastu, atque arrogancia, & iniquissimo genere superbiae conflatus est. Hic est, qui Imperium orbis terrarum, suo supereilio, vt Atlante cœlum niti putat: nec iam meminit, quod homo sit ex argilla, & luto factus: quinimodo, se ex astris lapsum putat, & qui inventos habet parentes in terris, originis suæ principium repetit è cœlo. Cernite, quo se iactat incessu: quidus nos intueatur oculis? qua voce? si modo loquitur omnes præ se contemnit. An iniquitatis, vt modò depictas, gemmatasq; indutus penulas, manuleatus, & armillatus, in publicum procedat, modo sericatus, & cycladatus obâbulet? modo in eradicis, veleothurnis, modo in speculatoria caliga, nam nunquam focco mulierib[us] prodeat, plerumq; vero aurea barba fulmen tenens, ac fulminam, aut caduceū, Deorū insignia, tese insolentius ostenteret: hic ceteros homines in sp[iritu] se mures, aut mulcas, aut culices esse arbitratur: si quis cū levissime pepulerit, si tetigerit, si minimo verbo se

infib[eret]

suspicatus fuerit offendit, non est exorabilis. Si aquam calidam tardius attulerit puer Alexandrinus, iubetur continuo trecentis affligi verberibus. Si crystallum frigerit, ad murenas exclamat. Homines per diem quinque occidunt, idem est apud Busridem, ac tesseris ludere. Deinde ille ebrios, nox tam vino, quam cruento miserorum, exclamat.

Aut Cesarem oportet esse, aut satrum. Parum est, leuire in homines, ni compedes oceanum iniiciat; facula immittat in solem; fluij plaga inurit; Iouis quotquot sunt simulachra, eadem capite truncari, & suam ceruicem imponi mandat: Quoties cum ipso Ioue iurgatur, quoties illi succenset; quoties exilia, & ultimos Gedrosiorum tractus minatur: nisi pluat, aut tonet, aut serenum faciat, quando ipse voluerit. Quid quod nuptiarum pompa adornat, & Mineruan, aut Lunam de celo lapsum iri, in suis amplexus autumnat; stultus, qui non videat, se eandem in capite gerere. Quid quod ipse deses, & imbellis, & effeminaris, cum conchis, & margaritis bellum gerit, dein spolia vocat, capitulo, palatioque debita & apparatissimos triumphos instruit, quasi Phraatem, aut aruiragnum ad genua supplices admisit.

Ad summum, cum se omnium hominum, qui sunt, fuerint, aut futuri sunt, sapientissimum dicit, unum ferme versiculum tenet, quem saepissime habet in ore.

Sic volo, sic iubeo, sic proratione voluntas.

Aut si quos alios inquit, Megabyssia sunt ex tragœdijs dicta, quibus vehementer delectatur, Calcare cœlum restat, &c.

A V A R V S D I V E S.

Ex D. Cypriano, epist. 2.
lib. 1.

Descriptio XXXIV.

SED & quos diuites opinari continuantes saltibus saltus, & de confinio pauperibus exclusi, infinita, ac sine termino rura latius portigentes, quibus argenti & auri maximum pondus, & pecuniarum ingentium vel extructi aggeres, vel defossæ strucis; hos etiam inter diuitias suas trepidos, cogitationis incertæ sollicitudo discriuat, ne præ-

do vastet, ne percussor infestet, ne inimica cuiusque locupletioris inuidia, calumnias litibus inquietet. Non cibis securò, somnusve contingit; suspirat ille in conuicio, blabat licet gemmā: & cum epulis marcidum corpus: thorax mollior alto siuū condidet, vigilat in pluma, nec intelligit miser, speciosa sibi esse supplicia, auro se teneri alligatum, possideri magis, quam possidere diuitias, atque opes. O detestabilis cœcitas mentium, & cupiditatis insana profunda caligo, cum exonerare se possit, & leuare ponderibus, pergit magis fortunis augmentibus incubare, pergit pœnalibus cumulis pertinaciter adhaerere: nulla in clientes inde latitio est, cum indigentibus nulla partitio, & pecuniam suam dicunt, quam velut alienam domi clausam sollicito labore custodiunt; ex qua, non amicis, non liberis quicquam, non sibi denique impertinent. Possident ad hoc tantum, ne possidere liceat alteri. O nominum quanta diueritas: bona appellant, ex quibus nullus illis, nisi ad res mias ysus est.

A V A R V S , E T T E N A X .

Expreslus ex Theophrasto, Plato,
& cæteris.

Descriptio XXXV.

Ordidum hominem, vel potius portentum hominis, si lubet, intuie; vt vestes habet strictas, easque attritas, & tot interpolatas versicoloribus panniculis quo sunt in cribro foramina. Cerne, vt loculos habet situ obsoitos, claves ferrugine illitas, oppletas araneis ædes, vt ipse capite est, viqu ad eudem raso, ne saepius tonforis opera indiget: vt domi nudis pedibus obambulat, ne quid interim calcos dererat; citius ex pumice aquam, quam ex eo elicueris beneficium. Agrum quotidie inspicit, an limites eoden loco maneat immoti, sicutum de suo horto neminem gustare sinit, neminem per suum fundum transire, aut villum cadium pomum tollere; ignem in ædibus extingui iubet, ne quis corroget testula: & si quis forte vicinorum (vt saepè fit) cultrum, fecurim, pistillum, mortarium, aut aliiquid simile utendum rogaret, fures venisse dicet, atque